

II.

*Elenchus editionum Passionis XVIII Cartusianorum.*

Quinquies hactenus in publicum emissa est XVIII Martyrum nostrorum Historia :

Moguntiæ.

1° Moguntiæ, Prioris et Procuratoris cartusiæ juxta urbem sitæ cura et studio, anno 1550, in-4°.

Monachii.

2° Monachii, in *Illustria Ecclesiæ Catholicæ Trophæa* Erasmi Vendii, an. 1573, in-12.

Burgis.

3° Burgis in Hispania, apud Juntam, 1583, 85 p. in-18. Est hæc editio nitida.

Tres prædictæ editiones, si mendas aliquot exceperis, quum ab Hispano tum a Germano editore ablatas, textum unum eumdemque exhibent, nec solum *Passione Cartusianorum* sed etiam ceteris D. Chauncy opusculis constant.

Mediolani.

4° Sequenti sæculo, omissis opusculis, Mediolani prodiit editio<sup>1</sup> nitidissima (an. 1606, 181 p. in-12), primæ similis sed cum titulo plane novo : *Vitæ ac Martyrii Cartusianorum aliquot qui, Londinii, pro unitate Ecclesiæ adversus hæreticos strenue depugnantes, varie trucidati sunt, pia narratio.*

<sup>1</sup> Ex hac editione paginas non paucas mutuatus est D. B. Tromby, (*Storia dell'Ordine Cartus.* t. X; v. gr.: p. 88 et seq., 102 et seq., 126 et seq.)

5º Denique Arnoldus Havensius<sup>1</sup>, Gandavensis cartusiæ Prior, culti sermonis intelligens existimator et Doctor, ru- dem et agrestem D. Mauritii stylum limare ac perpolire destinavit<sup>2</sup>; nec fuit illi satis, nam quidquid de ipso Mau- ritio Chauncy in ejus libello reperit, velut abs re alienum et inutile sustulit. Parum quidem prudenter: cum et inulta ad simplicitatem auctoris demonstrandam, et quæ pro se vel contra se dicit, ad fidem conciliandam Historiæ va- leant. Quidquid id est, hinc quintam habemus editionem quæ et Coloniæ, et Wirceburgi, et Gandavi merito nuncu- pari potest. Coloniæ quidem, quia in hac civitate (mense Martio) liber impressus est<sup>3</sup>; Wirceburgi vero, quia hujus urbis nomen præ se fert, ex pacto, ut videtur, habitu inter Havensium et Simonem Weisserum, Wirceburgensem Mo- nachum<sup>4</sup>; Gandavi demum, quia ibi, mense Maio ejusdem anni, idem omnino liber, titulo tantum ac præfatione mutatis, prodiit. Numerus enim paginarum, typi, charta, mendæ ipsæ, congruunt.

Wirceburgensis libelli, elegantibus iconibus ornati, titulus est:

| *Innocentia | et Constantia victrix | sive | Commentario-  
lus | de vitæ ratione et Martyrio XVIII Cartusianorum, |*

Editio quinta  
(textum haud in-  
tegrum exhibens).

Wirceburg.

<sup>1</sup> De quo vide Petreium, v° *Arnoldus*; et *Analectes pour servir à l'histoire ecclésiastique de la Belgique*, tom. 16, 1879, pag. 211 in fine et 217 in fine.

<sup>2</sup> Epistola nuncupatoria editionis Gandavensis, pag. 1 in fine et 2.

<sup>3</sup> Petreius, p. 245 in fine; — Aubertus Miræus, *Origines Cartusianorum Mona-  
steriorum*, in-12, Coloniæ, 1609, p. 37; — Brunet, *Manuel du Libraire*, v° *Ha-  
vensius*. — Adjunctus est hic liber, sine propria præfatione, *Historicæ relationi  
XII Martyrum Cartusianorum qui Ruræmundæ, anno 1572, agonem suum feliciter  
compleverunt*, auctore Arnaldo Havensio, Coloniæ, 1608, in-12.

<sup>4</sup> Petreius, p. 17 et v° *Simon*; — Havensius, in Epistola nuncupatoria editio-  
nis Gandavensis, circa finem.

*qui in Angliæ regno, sub Henrico octavo, ob Ecclesiæ | de-  
fensionem et nefarii schismatis detestationem, | crudeliter  
trucidati sunt. | Edita | primum a R. P. F. Mauritio Chan-  
cœo, Anglo, | ejusdem Ordinis, pari fide ac pietate; | nunc  
recensita, distincta et mendis purgata, | in Cartusia Horti  
Angelorum, Wirceburgi, | in Orientali Franconia, | anno  
M. D. C. VIII.*

Gandav.

Havensius autem editioni Gandavensi secundam tantum  
partem illius tituli affixit, scilicet :

| *Commentariolus | de vitæ ratione et Martyrio XVIII  
Cartusianorum.... etc.* (ut supra.)

Colon.

Demum editioni Coloniæ nullus primarius titulus est,  
sed tantummodo secundarius, cum duobus præcedentibus  
communis :

*Historia | Martyrii | octodecim Cartusianorum Anglo-  
rum, | sub rege Angliæ Henrico VIII, | anno Domini 1535  
1537 et 1541, | crudeliter interfectorum; | Edita | primum  
a reverendo P. F. Mauricio Chancœo Anglo, | ejusdem Or-  
dinis professo, | nunc meliori stylo recensita | atque in lucem  
prolata.*

Epitomata.

In Analectis Bollandianis, (tom. VI, an. 1887, fasc. 1,  
p. 36-51,) compendium ultimorum capitum *Passionis XVIII  
Cartusianorum* datum est, ex Cod. Ms. bibliothecæ regiæ  
Hagensis. Scriptura Codicis non est XVII sæculo antiquior;  
compendii autem magna pars ex editione anni 1608 sumpta  
videtur, (confer, ex. gr., §§ 14-17 Codicis cum pag. 91-102  
editionis Havensii.)

Epitome aliud, partim e Mauritii Chauncy libello desum-  
ptum, invenitur in 3<sup>a</sup> Appendice ad Historicam Relationem  
XII Martyrum Cartusianorum Ruræmundæ, auctore Ar-

noldo Havensio, ed. in-4°, Coloniæ, ann. 1608, pag. 67-74.

Nos autem *primam Editionem* prælo denuo mandavimus, quippe quæ fons et caput sit ceterarum. Nullam textus immutationem, saltem alicujus momenti, fecimus quin simul nota illam indicaverimus, cum non raro vel in erratis sit utilitas ad historiæ fidem, et mendæ ipsæ loquantur.

Ex hac D. Mauritii Historia hauserunt omnes quotquot de nostris Anglis Martyribus scripsere.

Præter Sanderum (*De Origine ac progressu schismatis anglicani*, p. 126 et seq. edit. rom. an. 1586), Surium *Commentarius brevis rerum in orbe gestarum...* Coloniæ, 1574, in-12, p. 263 et seq.), et Molanum (apud Bollandistas, t. XIV. p. 442, 4° die Maii), omissisque recentioribus anglis libris pari pietate ac ingenio conscriptis qui omnium manibus teruntur, operæ pretium est citare :

Variae BB. Martyrum Historiæ.

Hispanice.

1° *Historia de los santos Martires de la Cartuxa, que padecieron en Londres; dirigida a los religiosissimos Padres Prior y Monges del Monasterio de Cartuxa de Sevilla: hecha por el licentiado Christoval Tamariç.* (Sevilla, 1584, in-8°. — Poema.)

2° *El glorioso Martirio que padecieron los santos Cartuxos por Enrico octavo en la gran Bretaña...* in opere Canonici Joseph de Valles cui titulus : *Primer instituto de la Sagrada Religion de la Cartuxa.* (Madrid, 1663; Barcelona, 1792, in-8°.)

3° *Londres et Grenoble, Henri VIII et les Chartreux, Mignard et les supplices,* auctore Pierquin de Gembloux. (Gratianopoli, 1838, in-8°, 22 p.)

Germanice.

4° *John Fisher, der Bischof von Rochester. Mit Anhang über die engl. Karthäuser, auctore Kerker.* (Tubingæ, 1860, in-8°).

Versiones : gal-  
lica.

Inter cod. manuscriptos Majoris Cartusiæ gallica trans-  
latio servatur, a D. Bartholomæo Marin, vicario Monialium  
Cartusianarum in Prémol, anno 1758 scripta.

Anglica.

Demum reperitur Brugis, in *domo Nazareth*, translatio  
ms., Anglo sermone, editionis Havensii anni 1608, sine no-  
mine interpretis.

